









2  
B. C. D.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA  
SISTENS

NONNULLA

DE

HERNIA SCROTALI

QUAM

EX CONSENSU

GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ

PRO LICENTIA

SUMMOS IN MEDICINA HONORES

ET

PRIVILEGIA DOCTORALIA

LEGITIME CONSEQUENDI

IN ACADEMIA PATRIA

D. XIX. APRILIS A. O. R. MDCCLXXIII.

SOLENNITER DEFENDET

PHILIPPUS JACOBUS BEYCKERT

ARGENTINENSIS.

U. L. Q. C.

---

ARGENTORATI

Typis JOH. HENR. HEITZII, Univerf. Typogr.



EXSERTATIO IN AUGUSTINIS MEDICIS CANTONIA  
1712

W O N I U E T A

D E

H E R M I A S O L O T A N I

1712

GRATIOSE FACULTATIS MEDICAE

P R O L I C E N T I A

SUMMOS IN MEDICINA HONORES

ET

FRATRES A BOCCORATI

1712

IN ACADEMIA PATRIA

A M N A M M A C H I M A D D O C T O R I

SOLIMNES DE TROST

P H I L I P P U S F A C O N U S M Y C I E R T

1712

1712

A R G E N T O R A T I

Typis JOH. HEINZLII, Univ. Typogr.







§. I.



Sub *Hernia* a) nomine intelligimus, quando pars mollis interna è sede sua naturali dimota ab alia parte molli morbose excipitur, ut functiones partium integræ manere non possint. Hanc denominationem b) quisque facile videt illi tantum tumorum generi, quòd à quodam viscere, sedem consuetam deserente, efformatur, propriam esse; iisdem vero in locis, in quibus herniæ eveniunt, alii quoque tumores surgunt, herniarum

A

a) GAUB. *Pathol. Inffit.* §. 230.  
 b) Derivatur herniæ vox à Latino *harere*, vel à πὸ τῆ ἔργεθ Græco, *germen*, *ramus*, quia intestinum, si descendit præcipue in scrotum, quàm ramum efficit, Græcis dicitur κήλη à κηλέω *permulceo*, per κατάχρησιν *noceo*, vel χαλάω *laxo*, quo nomine ab initio designabatur omnis tumor, qui in scroto oritur, sed dein ad alios tumores translata hæc vox omnes abdominis tumores denotabat. La-

tinis hic affectus à similitudine *ramex*, descensus à causâ, quæ semper fieri credebant, *ruptura*, *crepatura* audit. Galli ob priorem rationem illum *une Descente*, *hernie*; antique *hargne*, appellare sueverunt. Germanis ex Latinorum præjudicio *ein Bruch*, alias *Leibschaden* vocatur. v. LA CHAUSSE *Diff. Chir. de hernia ventrali.* Arg. 1746. §. 7. in HALLERI *Diff. Chir. Tom. III. p. 187.*



speciem præ se ferentes, origine licet atque natura ab illis diversissimi; qui, ne cum illis, quas veras appellant hernias, confundantur, spuriarum herniarum nomine solent auctoribus insigniri.

§. II.

Mittamus hernias spurias, in eas tantum, quæ nostram tractationem propius spectant, paucissimis inquiramus. Quarum diversas innumeratque species esse, statim videbit quisquis perpensurus est, quam diversa diversæque naturæ sint, quæ devolvuntur, viscera, quas varias sibi contrahant conditiones è sede sua dimota, & alieno in loco hærentia, & ut quam variæ sint, per quas elabuntur, viæ a). Quæ cuncta diversis, sub quibus apud auctores veniunt, denominationibus, ansam præbent b). Inter tot tamque varias, quæ in diversis corporis partibus eveniunt c), herniarum species, frequentissimæ sunt, quæ circa varias abdominis sedes contingunt d), quas

a) Cum nec una herniarum sedes sit, nec unum è suo loco emotum viscus, duo fuerunt omnium herniarum summa genera constituta, quorum alterum è sede nomen accepit, alterum à viscere devoluto. GUNZ. observ. de herniis. p. 3.

b) Herniam intestinalem & omentalem nō Græci quidem Medici veteres ignoraverunt, hinc nominibus ab his Auctoribus ipsis impositis adhuc etiam distinguuntur. Quam enim Latini intestinalem nominant, Græci Enterocelen, quam Omentalem, Epiploocelen appellant. GUNZ. l. c. p. 3.

c) Omnia viscera abdominis duplici modo et suis sedibus dimoventur. Erumpunt enim atque abdomen in tumorem attollunt vel sic, ut recta tantum antrorsum, aut ad latera cedant, vel ut simul laxatis vinculis ad inferiora loca descendant. GUNZ. l. c. p. 4.

d) Plerumque hernia in umbilico, regione inguinali, atque in scroto oboritur, quatenus intestina nunc uno saltem in latere nunc in utroque, vel in inguina vel in scroti cavitates illabuntur. SCHAUCHER in Diss. de Morbis à situ intestin. v. HALLERI Disp. Chir. T. III. p. 22. Mem. de l'Acad. de Chir. T. I. p. 699.



solas GUNZIUS verarum herniarum nomine dignas pronunciat e). Erumpunt vero maxime intestina f), aut omentum g), aut utraque simul per umbilicum & frequentius per annulum abdomini inscriptum, aut sub ligamento, quod à POUPARTIO vel FALLOPIO nomen suum sortitum est; rariora sunt exempla, quibus elabuntur viscera per dorsum aut foramen ovale osium innominatorum, rara itaque est hernia vesicæ, uteri h), hepatis, splenis, & ventriculi i). Nec id mirum videbitur, si

A 2

e) GÜNZ. I. c. p. 2. In verarum herniarum numero & ponit Hepatocelen & Splenocelen. I. c. p. 4. Prioris exempla reperies in *Misc. N. C.* Dec. I. Ann. II. observ. 88. p. 162. Dec. II. A. VII. obs. VI. p. 11. in *Act. Phys. Med.* Vol. I. obs. 226. Posterioris exempla prostant apud HILBANUM in *Epist.* LV. pag. 999. Opp. & RUYSCH. *Adv. Anat.* Dec. II. p. 23. cf. & SPIGEL. *de C. H. Fabrica* L. VIII. C. 14.

f) præcipue ileum, id quod ex situ, quem hoc intestinum in abdominis cavitate circa annulos sic dictos abdominales habet, haud difficulter poterit dijudicari. PFANN *diff. de Entero-Oscheoccele.* Erlang. 1748. §. 5. in HALLERI *Disp.* Chir. T. III. p. 127. cf. & ROUSIN *Diff. E. in herniis inciso* HALLER I. c. p. 100. Quandoque etiam prolabitur cæcum cum processu suo vermiformi: coli pars aliquando, nimirum cellula quædam ejus, interdum totus ejusdem arcus in sinistro inguine non raro excidit, in dextro autem la-

tere fortius adhæret ossi ileo, quam ut facile prolabi possit. HEISTER *Diff. de hernia incarcerata.* §. 3. HALLER I. c. p. 232.

g) Omentum licet haud raro adeo breve in hominibus benevalentibus reperiatur, ut umbilicum vix superet; interim tamen sæpe etiam usque ad pelvim descendit, ut vel solum vel una cum intestinis tumorem in inguine & scroto attollat. Notabile exemplum viri in utraque inguinis regione hernia affecti & ab eo cultro Anatomico dissecti descripsit HEISTERUS in *Eph. N. C.* Centur. V. Obs. 85. p. 164. cui omentum in hernia unius lateris ab intestinorum mole ad ipsum quoque scrotum protractum fuit.

h) In umbilico speciatim erumpit intestinum jejunum, umbilico proximum, interdum quoque intestinum Colon. HEISTER. *Differt.* cit.

i) de hernia uteri conf. SENNERT. *Instit. Med.* L. II. P. I. c. 9. & *Pract.* L. IV. P. I. S. II. c. 17. DOERINGII *Epist. de hist.*



causas herniarum paulo attentius rimari lubet, quæ quidem omnes in eo sitæ sunt, ut id, quod provida natura stabilivit, æquilibrium virium, quibus contenta atque continentes partes reciproce in se invicem agunt, tollatur, sed non in omnibus locis eadem reperitur resistentia, aliis quippe impressioni & actioni intraneorum magis cedentibus, aliis resistentibus. Non superfluum itaque erit, ut has causas paulo propius inspiciamus.

§. III.

Nempe ut hernia excitari possit, non solum viscera abdominis è sede sua naturali dimoveantur necesse est, sed & partes ea continentes ob mollitudinem suam aliquantum cedant, remittantque à naturali sua tensione *a*). Intestina ob laxa, quæ facta sunt, vincula, libere in ab-

*hernia uterina*, quæ prostat inter HILDANI *Opp.* RUYSCHE I. c. DE GRAAF *de Mulier. Org. c. 8. Eph. N. C. Dec. I. A. I. p. 287.* Ad idem herniæ genus refert GUNZ. I. c. p. 4. herniam foetus, quam proposuit RUYSCHE I. c.

*k*) Ad hernias ventriculi merito & illa species pertinet, ubi ventriculus se per diaphragma ad pectoris cavitatem recepit. cf. *Act. Med. Dec. II. Vol. IV. vid. & FAN. TONUS Opusc. Med. & Physiol. Obs. 23. Genev. 1738. 4.* Alias elabitur in parte superiori lineæ albæ sub cartilagine Xiphoidæ. Licet hic locus fibris muscularibus destituatur, tamen rara est hæc hernia ob situm corporis, quem communissime tenemus. *Mem. de l'Acad. de Chir. T. I. p. 702. l. c. T. IV. p. 188.*

*a*) Causam herniarum in lacte & fortioribus laboribus & violentia quærit FREYTAG in Dissert. *de Oscheo-Entero & Bubonocæle* v. HALLER. I. c. p. 65. *sqq.* GÜNZIUS I. c. p. 24. causas dispescit in manifestas & obscuras. Inter has refert alimenta flatulenta, pingua & oleosa; inter illas omnia ea, quæ viscera ventris valide concutere & comprimere possunt, ut magna vi versus debilia abdominis loca urgeantur, inque ea irrumpant, vel robur peritonæi musculorumque abdominis ita solvere, ut pressionem viscerum amplius non sustinere valeant. Clarior & rei naturæ magis conveniens mihi videtur illa causarum herniarum distinctio, quam exhibet PFANN. I. c. p. 131. Dividit ille causas in duas classes, ad quarum alteram



domine fluctuantia, volubilia, perpetuo motu agitata, propria mole & vi pressiois, quam à diaphragmate in cavitatem abdominis descendente deorsum & anteriora versus patiuntur, premunt in peritonæum, quod satis tenax quidem est, aut maximam distensionem admittit, & è coërcente suo sacco, qua detur porta, erumpere aut saltem eundem dilatare nituntur. Resistant quidem pressioni atque peritonæum in sua actione fulciunt integumenta sua elasticitate prædita, & muscoli abdominis, qui viscerum pressioni exteriora versus cedunt, sed mox fibras suas contrahunt, & peritonæum una cum contentis interiora & superiora versus urgent. Hac ratione inter oppositas vires æquilibrium servatur, quod impedit, ne intestina prorumpere, nec nimis cedere peritonæum possit. Ast muscoli abdominis cavitatem cingentes certis in locis fibris suis muscularibus destituuntur, ut transire possint vasa, quæ in extremitatibus sese dispergunt, hinc fit, ut inordinato motu, aut pressione inæquali contenta ea in loca, quibus minus resistitur, quorum præcipue sunt umbilicus *b*), annulus abdominis *c*), & arcus ille,

A 3

refert eas, quæ intestinorum pressionem versus peritonæum præter naturam augent, alteram constituunt causæ, quæ naturale & debitum peritonæi, annulorum, atque aponeuroseos musculorum, oblique inprimis descendents, robur diminuunt.

*b*) Hernia umbilicæ frequenter occupat, quoniam enim circa internam umbilicæ partem, per quam in fœtu vena & arteria umbilicales feruntur, fovea quædam conspicitur, & umbilicus ex parte abdominis externa protuberans subinde solito est major, laxioris-

que consistentiæ, hinc is non raro intestinis eo compulsis cedit eademque recipit. SCHACHER. l. c. p. 24. GAUB. *Instit. Path.* p. 108. *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. I. pag. 700.

*c*) Annulus abdominis efformatur ex aponeurosi muscoli obliqui externi versus os pubis descendente, quæ paucillum ante insertionem in dicto osse finditur in duas fascias, partim in os pubis medium sese demittentes, partim decussatas cum fibris muscoli alterius lateris coeuntes, columnas vocant internam & externam. Superior



quem ligamentum Fallopii *d*) efformat, vim suam exerant, peritonæum extrorsum trudent, quod cedens aut in appendicem cavam *e*) dilatari se patitur, aut, rarissimo

hujus hiatus pars corroboratur à fibris aponeuroticis, quæ ab utroque latere oblique secedunt, cf. WINSLOW *Exp. Anat.* T. II. p. 29. sq. & 40. HALLER. *pr. lin. Physiol.* pag. 376. §. 812. Günz. l. c. p. 14. 18. Per hunc annulum transeunt vasa spermatica, quæ tunicam suam vaginalem mutant à peritonæi lamina externa. Peritonæum enim duabus constat lamellis, quæ arcte coherent, ab umbilico tamen usque ad inguen facilius ac alibi separantur, interjecta est substantia cellulosa. Interna lamina inferius versus inguen exacte obtegit locum, quo vasa spermatica per annulum ex cavo abdominis evadunt, lamina vero externa prolongatur & sic dictos processus peritonæi efficit, atque vasa spermatica ad testiculum comitatur. Vides itaque, quod peritonæum hic locorum minori renitendi virtute polleat, & ad hernias inguinales frequentissimas fomitem alat. cf. SCHACHER l. c. & GAUBII *Instit. Pathol.* p. 109. §. 233. *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. I. p. 699.

*d*) Ligamentum Fallopii, quod proprie ima aponeuroseos obliqui externi ora est, quæ in inguine introrsum reflectitur, & cum aponeurosi obliqui interni firmiter coheret, ex spina ossis ilii anteriori & superiori oblique transversim ascendit, & inseritur ossi pubis

ita ut arcus instar tendatur, quæ tensio augetur ab ejus cohesione cum fascia lata. MORGAGN. *Adv. Anat.* III. An. I. p. 2. MAUCHART *Diff. de hern. incarc.* apud HALLER l. c. p. 79. Per aperturam ovalem, quam hæc aponeurosis introrsum replicata cum sinu ossis ilium format, tendines psoas & iliaci muscoli nec non vasa cruralia ad femur repunt, eandem interne peritonæum, externe integumenta communia investiant, hinc facile intestina, fascia hac ligamentosa distracta aut relaxata, elabuntur, atque herniam non adeo infrequentem præprimis in sexu sequiori constituunt. GAUB. l. c. p. 110. §. 274. SCHACH. l. c. *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. I. p. 700.

*e*) Hernia à nuda peritonæi dilatatione natales suos deducere potest, id quod evidentissime videmus in illis herniis, in quibus faccus intestina prolapsa ambiens, & aliquando in scrotum usque descendens, in alio quodam sacco, qui nil est nisi processus peritonæi, vasa spermatica amplectens, includitur. Prior facculus, quem MAUCHART. l. c. p. 80. internum vocat, est lamella illa peritonæi interna, quæ orificium processus tegit. Egre omnino concipi potest, quomodo tam exilis lamina sine ruptura adeo enormiter extendi queat. Derivat hanc dilatationem SCHACHER. l. c. p. 25. ab



licet exemplo, rumpitur *f*). Quæ intus loco hujus dilatationis aut rupturæ vicinæ sunt partes, nunquam non in motu constitutæ, de sua fede secedunt, majus demum spatium nacta occupant, & extra abdominis peripheriam subter communia integumenta sese effundunt, crescente in dies tumore, si eadem causæ agentes perduraverint. Vides hic quasi dispositionem *g*) in corpore hærentem, quæ accedente causâ occasionali in dirum illud morbi genus, herniam in regione abdominis ortam prorumpit, quod æqua atrocitate in omnem sexum sævit, nec ulli ætati *h*) parcere consuevit.

humoribus serosis, qui circa processus peritonæi principium & vicinas partes facile colliguntur, dicit nempe: "Humores iniisio in interna peritonæi lamellæ tubulis stagnare, stagnantes cumulari, cumulatos paulatim se in intersticia fibrillarum insinuare hæcque pedetentim distrahere, hoc modo relaxata peritonæi lamella prementi intestino cedit paulatim & sine sui extenuatione explicatur. Et cum ea res sit animata, certe dum dilatatur, nutritur, & dum nutritur, non modo pristinam crassitiam retinet, sed & interdum paulo majorem acquirit." cf. & NONNENMANN *Diff. de hernia congenita*, quam Præf. Exc. Dn. LOBSTEIN habuit. Arg. 1771. p. 23.

*f*) Laxari potius, quam rumpi, peritonæum in herniis dixerunt veteres. Nihilam rupturam admittit HILDANUS, VAN DER STYLLE, NUCKIUS, MUNNICK, RUYSCHE & recentiores fere omnes conf. GÜNZ, l. c. p. 24. & MAUCHART l. c. p. 83. *sq.* ubi simul conten-

dit, omnem herniam, quæ subito orta creditur, præcessisse laxitatem peritonæi, vel ex substantiæ debilitate vel nimia humiditate, quæ præternaturalem intestinorum decubitus jam ab aliquo tempore fovens, superveniente impetu plenariam herniæ eruptionem promovet. De rupto peritonæo in hernia multæ præstant observationes. cf. NONNENMANN l. cit. p. 22. Sed jure eandem in dubium vocat GÜNZ. l. c.

*g*) cf. GAUB. l. c. p. 111. §. 235.

*h*) infantes nuper nati ob arctiorem fasciarum adstrictionem ad subeundas herniarum molestias coguntur. Intestina enim compressa, concurrente simul diuturniori ejulatu, exitum, quem facillime in tenello annulo inveniunt. sibi quærunt. PFANN l. c. p. 132. interdum congenita hernia affligit, multæ præstant Observationes cf. NONNENMANN *Diff. cit.* & CEFRIED *de fetu intest. plane natis*. Arg. 1760. & BUCHHOLZ *de Hepatomphalocoele congenita*. Arg. 1768.



§. IV.

Quum nunc inter tot varias versetur vita humana conditiones, quæ cunctæ in corpus nostrum variis modis agunt, eidem infirmitatem conciliant, idque ad varia morborum genera disponunt, dilucidissime apparebit, rarum hunc morbum esse non posse a), id quod non solum quotidiana experientia docet, sed & annales observatorum omnis ævi testantur, quippe tot & tam multæ hujus atrocis morbi prostant observationes, ut quemcunque in arte Chirurgica conscriptum librum evolvas, nulla pagina fere reperiatur, quæ non copiosissima ejus exempla nostris oculis subjiciat. Sed & nulla fere observatio legetur, quæ non novum quid & peculiare animadversione dignum contineat, & ad egregia artis Chirurgicæ præcepta confirmanda, illustranda ampliandaque conducatur. Per singulas id demonstrare observationes, res foret infiniti voluminis, & à scopo dissertationis aliena. Ne vero rem plane negligamus, per pauca id demonstrare sufficiet, & ne nimis vagemur, eligamus ejusmodi exempla, quæ cum nostro casu deinde allegando analogiam quandam alunt, id est, herniarum, quæ in inguine aut scroto tumorem efformant. Admiranda sane est & omni attentione observantium digna provida illa naturæ circumspectio, quæ extrema intestini, per granam & sphacelum à parte sana separati, ad anulum ita necit, ut ad se invicem coire & communem canalem efficere

a) In Helvetia omnium morborum familiarissimus. GÜNZ l. c. p. 24. FREYTAG. l. c. p. 65. Ob frequentissimum lactis usum. Lac enim vel ejus serum, quod incolæ imprimis montium loco vini vel cerevisiæ hauriunt, fibras totius corporis relaxat, illarum vi-

gorem debilitat, relaxationi labores fortissimi, quibus rariolæ in agris colendis & conscendis montibus assueti sunt, accedunt, expandi necessario atque diffrumpi peritonæum debet, ut ita intestina prolabantur.



efficere queant, ne materies stercoreis in abdomen effundatur *b*). Enormis sane est magnitudo herniæ illius scrotalis, quam observavit SCHACHER *c*), ubi scrotum ultra genua protensum crassitie abdomen hominis adulti facile æquabat, membro tam alte retracto absconditoque, ut ægre vestigium ejus in oculos incideret, relicto saltem præputio corrugato, ac veluti alterum umbilicum in monstruoso hoc scroto efformante. Quis non admiratur observationem, quæ nobis causam detegit, cur symptomata herniæ incarceratæ & post operationem optime licet factam, permaneant, imo mors sequatur, quando nempe ileon ita ab annulo incarceratur ac si filo fuisset constrictum, & parietes ejus interni ita cohærent, ut transitus omnis materiei plane obliteretur *d*). Miraris sane observationem Cl. MOSCATI *e*), quam nobis de domestico quodam tradidit, qui subito doloribus colicis, vomitu reliquisque incarcerationis symptomatibus affiebatur, nisi quod interdum alvum exoneraret, post quintum vero diem vitam cum morte commutabat. Cadaver cultro subjectum cuncta fere intestina monstrabat inflammata, ileon præcipue atro colore tinctum, & admodum crassum. Hoc intestinum duobus circiter pedibus & dimidio à sua extremitate inferiore se dividebat in duos ramos, quorum minor vera est continuatio canalis intestinalis: variis plicis formatis efficit duplicem ansam in intestinum cæcum sese terminantem. Minor ramus quinque pollices incirca longus prope suam originem infundibuli instar, quale ureter in suo principio repræsentat, est efformatus, postea speciem laquei aut parvi fili ligamentosi efficit, quod duobus in locis dictas intestini anas circumplectitur, tandem in parte quadam mesenterii

B

*b*) Mem. de l'Acad. de Chir. T. IV. p. 164.

*c*) l. c. p. 23.

*d*) Mem. de l'Acad. de Chir. T. IV. p. 173.

*e*) l. c. T. III. p. 468.





terminatur. Admodum peculiaris est & omnem admirationem meretur observatio Cl. VACHER *f*) de rustico quodam septuagenario, qui abhinc 25. annis hernia completa laborabat, in quo, inflammatione accedente, sacculus herniosus in sphacelum abiit, quam sortem & experta sunt integumenta, ita ut tota superficies intestinorum herniam constituentium oculis nudis subjiceretur, paulatim agglutinabantur marginibus sanis velamentorum, suasque servabant circumvolutiones, uti in flatu sano, nisi quod in partibus lateralibus ad se invicem adnecterentur. In parte maxime declivi horum intestinorum orificium patuit, per quod materies fecalis evacuatur. Conspici poterat motus vermicularis intestini ilei. Apparebat tumor efformatus per partem hujus intestini, in parte fere superiori herniæ, qui introrsum redit, quando orificium superius dictum extrorsum meat ad promovendam evacuationem, & contra inflatur & maxime tenditur, quando orificium introrsum retrocedit. Nullam intestinorum sic denudatorum rationem habens rusticus, nullis malis symptomatibus affligitur, licet male contra frigus defendantur & continuæ frictioni ad ejus vestes sint exposita. Nec minori animadversione dignæ sunt observationes *g*), quas nobis exhibuit Excell. Dn. LOBSTEIN, Anatom. & Chirurg. Prof. Publ. Ord. Præceptor meus nunquam non venerandus, ubi mox in hernia scrotali intestina eodem in sacco, quo & testiculus nudus deprehendebatur, constricta vidit, & vasa spermatica in posteriore facci herniosi facie sanguine maxime repleta & rubentia; mox in hernia inguinali veluti radice tenui orta, inque spatiosam molem expansa, & ad genua usque descendente, herniosum saccum observavit, tendineam quasi naturam habere, ut sua in parte suprema lumen

*f*) l. c. p. 516.

*g*) in *Dissertat. de hernia con-*

*gen. Arg. 1771. quam defens.*  
NONNENMANN,



offerret rotundum arteriarum more. Cunctis, præter rectum & duodenum, intestinis cum omenti portione in sacco hernioso contentis, sphacelatis, foras productis, testis molis exiguæ nullis involucris præterquam tunica vaginali propria in sacci latere postico eminens amictus, oculis sese obtulit nudus, vasa ejus externam sacci faciem legebant, tunicis suis amicta. Eandem in classe referendus est casus subsequens à Cl. LOBSTEINI fratre mecum communicatus, qui sistit herniam recentem cum inveterata conjunctam, ubi simul id peculiare annotandum, quod anno post operationem elapso spasticus dolor in facie surrexerit, qui inde suos natales trahere videbatur. Hunc nunc casum, quem præfens pagina habet, haud exigui momenti perpendere in nonnullis apud me constitui, quæ, ut B. L. benigne excipiat, ea qua par est pietate rogo.

OBSERVATIO.

Homo LX. circiter annorum oscheoepiplooele laborabat per sat insigne temporis spatium absque ullo incommodo. Consuetos suos labores satis duros peragebat, tale licet malum loco in prædicto haberet. Insigne pondus dum levaret de terra, suo in tumore sensit molestiam, quæ singulis horis ingravescebat. Rediens domum lecto se composuit, jamjam conatus vomendi, quos insequerantur vomitus, cunctaque febrilia symptomata eum vexare coeperant. Quapropter Chirurgum advocari jussit, ut is dolores leniret. Aditur Dn. LOBSTEIN, civitatis nostræ Chirurgus, qui herniam adesse, partim ex symptomatum gravitate exque tumore præmagnò cognovit. Venæsectiones instituit, fomenta & cataplasmata abdomini admovit, quæ relaxarent simul & enemata ei scopo respondentia, quæ simul irritantia leniora sequuta, omnia irritò eventū, ut in operatione sola salutem ægroti positam



esse concluderetur, quam quoque ægrotus tertio die post incarcerationem herniæ ortam patienter sustinuit. Ex relatis ægroti, quod jamjam haud exiguus tumor herniosus adfuerit, antequam talia symptomata ingravescerent, exque tali pondere elevato, duplici cum morbo sibi agendum esse Observator colligere potuit, remque peragendam non facilis negotii; inveteratas enim hernias non amplius mobiles, sed concretas esse cum suo sacco loquuntur Chirurgorum scholæ. Hæc cuncta exhibuit sectio, incisa quippe cute à regione annuli ad ultimum usque tumoris, separatoque celluloso contextu prodiit faccus herniosus in conspectum, quem integre à partibus lateralibus separavit Chirurgus: inciso nunc illo feriit epiploon oculos, quodque separavit à sacco digitorum ope, nullum intestinum incarcerationem esse primum putavit, symptomataque ab epiplooo orta. Ast integre cum epiploon elevatum ad annulum usque, sub epiplooo, ubi hoc ex annulo prodiit, intestini portio incarcerationem hæsit jam lurido colore conspicua; inde adactum fuit scalpellum herniæ sectioni accommodatum in annulum, & postquam is fuit incisus, intestini portio in cavum abdominis retrocessit, ut subtus adacto digito in locum quo intestinum prodiit foras, nil amplius de intestino digiti apicem feriit. Quid nunc faciendum cum tanta epiplooi mole, quæ inter operandum quasi crescere visa fuit? diviso enim sacco, epiploon sese explicuit, quum antea arctis quasi carceribus fuerat detentum. Concretum erat totum illo in loco, ubi per abdominales musculos prorupit, id quod digitus in incisum annulum immissus docuit; quumque exacte exploratum omne fuit, nec tanta moles amplius condi poterat, ab aëre jamjam corrupta aliquatenus digitisque lacerata in separatione sacci, epiploon omne extra annulum in anum scroti usque suasit Excell. atque Exper. Dn. LOBSTEIN fratri ut abscinderet,



eamque portionem intra annulum susceptam relinqueret. Fuderat vas epiploicum sanguinem, illud ligavit, saccoque latera incidit, linamentis carptis implevit vulnus, commodamque deligationem desuper applicuit. Alvus paulo post respondit, febrilia symptomata per interna propinata remedia, relaxantia, antiphlogistica lenia laxantia, enemata & corticem Peruvianum adhibita, ægrotus cum sanitate in gratiam rediit. Vulnus autem quod attinet, suppurationis materiem fundere cœpit jam altero die, corruptaque epiploi portio abscessit, leniterque putrescere cœpit, id quod indicavit, quem vulnus spiravit, fœtor, quapropter digestivum iniquum putredini, illi loco applicuit, quo epiploi aderant reliquæ, inde suppuratio largior, & secedentium particularum omenti portio copiosior, quæ temporis successu adeo minuta, ut id quod relictum fuerat, pinguedine quasi eliquata, duritiem insignem acquisiverit; exterior dein cutis sese ei superinduxit & consolidata fuit plaga, ita ut haud profundus longitudinalis sinus ibidem relinqueretur. Bracherium illi desuper applicuit, ut novus inde morbus arceretur, quoque per aliquot menses usus fuit ægrotus, nunc autem per duos circiter annos ejus non amplius cingitur abdomen, laboribus consuetis duris rursus incumbit, firmiterque resistit ille locus viribus abdominis & septi transversi, ut intestina huc usque in cavo abdominis fuerint retenta.

Mense Martii præterito anno obruitur spastico quoque affectu, quod simul allegandum duxi, ut probarem methodum antea propositam tristes nullos post se sequelas trahere, uti cuidam videri posset. Scilicet in facie nervi omnes paris septimi & cum quinto communicationes alentes adeo insigniter dolere cœperunt, musculique exinde convulsi, ut edere nil fere, nilque bibere posset. Retulit ægrotus, dolorem aliter se exprimere non



posse, ac si pulvis pyrius in facie accenderetur, quique totam faciem pervaderet velocitate insigni. Operatio pristina, quidque ibidem accidit in memoriam vocata fuerunt, annon dependere possit à diversa intestinorum & ventriculi distensione, indeque epiploï diductione spastica illa affectio? Enemata igitur applicuit Chirurgus, lenia laxantia ei ingessit, quibus fieri putavit, fore ut ob intestinorum evacuationem epiploï diductio cessaret, fore ut inde cessarent Symptomata in facie, sed cuncta incassum. Lecto quum sese componeret æger, & coxis elatioribus cubaret, vexarunt eum iidem ictus uno impetu, ut etiam adstantibus capitis distorsiones, quas fecerat, metum incuterent. Retulit ægrotus semper non ex abdomine surgere affectionem, cuncta ibidem firma esse optimoque in statu. Esse quid in facie, ibidem surgere malum. Quapropter venæsectione instituta, vesicatorium largum nuchæ applicitum fuit, quod largam materiæ pituitosæ copiam fudit, per duas septimanas plaga aperta servata fuit, ut nervis inimica materies retro transferretur; inde minuti dolores, ut cessent nunc penitus, quum & cortice peruviano firmatus fuerit nervorum tenor.

§. V.

Distinctio herniarum obtinet in recentes & incarceratas a). Recentem herniam repositu plerumque facilem esse, ita ut vel sponte intestina ad pristinas fedes se recipiant, si modo commodus ægri situs accedit b), multiplici constat observatione; nec aliæ causæ adsunt, quæ ejus

a) GÜNZIUS l. c. p. 26. hernias vel aliæ partes procliderunt, & distinguit in mobiles & immobiles, quæ, cum aliquamdiu parvæ fuerunt, vi quadam nova accedente, quod & eos comprehendit, in quibus subito auctæ sunt.  
 b) GÜNZ. l. c.



repositionem impediunt, nec flatus, faeces aut inflammatio operationi taxeos obtent, quæ vero facili negotio purgantibus medicamentis, clymatibus leniter irritantibus, carminativisque, fomentis emollientibus, & venæsectionibus c) dissipantur & eliminantur, ut digitorum ope intestina in abdomen recondi possint. Non eadem ratione res se habet cum herniis, quas vocant incarceratas, nam in iis sacco herniosus intestina elapsa ita constringit, ut nulla arte reduci queant d), vel inflammatio herniis subito ortis, aut post adhibitam quandam violentiam renatis, accedens impedit, ne redeant in abdomen, vel etiam, quæ egressa fuerunt, viscera e), id quod in iis præcipue herniis contingit, ubi vel omentum cum intestino vel hoc ita descendit, ut quasi ansam formet, per moram temporis vel inter se f) vel cum sacco ita connectuntur & concresecunt g) ut omnem repositionem respuant, nisi hæc vincula solvantur h). Hicce morbi status enormes dolorum cruciatus habet comites; intestinorum enim in hernioso sacco delitescantium membranæ à chylo, flati-

c) Quando inflammatio adest, venæsectiones reiteratæ optima sunt remedia. *L'Experience a appris, que, quand les malades ont le bonheur d'être secourus très promptement, une seule saignée très copieuse, jusqu'à défaillance cause un relâchement salutaire, par le quel les parties entrent souvent d'elles mêmes;* sunt verba Cl. GOURSAUD in *Memoir. de l'Acad. de Chir.* T. IV. p. 245.

d) GÜNZ. l. c. p. 32.

e) *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. IV. p. 244. LE DRAN *traité des operat.* p. 101.

f) id fit ut plurimum in orificio sacci. GÜNZ. l. c. p. 27. not. a.

g) Cum enim intestina devoluta faeces acceptas diutius quam par est, retineant, & se libere super se invicem movere nequeant, quin versus se mutuo à facibus comprimantur, & ad se invicem fricentur, externis tunicis siccatis aut leviter exasperatis simulque ad concresecendum prono intercedente liquido vel inter se, vel cum sacco concresecunt.

h) Sunt & rariores quædam causæ, quæ hernias immobiles faciunt, & de quibus GÜNZ. l. c. p. 33.



bus, fæcibus i) aut inflammatione expanduntur, irritantur, motus peristalticus invertitur, volvulus excitatur, omnia per vomitum rejiciuntur, quem singultus comitatur, inflammatio tandem in gangrænam ruit, & ægrotum brevi temporis spatio ad plures rapit, nisi promptum adhibeatur auxilium k). Cunctis itaque remediis supra dictis incassum adhibitis, ex unanimi Chirurgorum consensu necesse est, ut ad scælpellum refugiamus, cujus ope sectionem instituimus in cutem, quam cum pollice & digito indice in plicam transversam formamus, elevamus & à sacco hernioso abducimus, ne scælpellum facile ipsa intestina lædat. Plica ipsa sit plus minus obliqua, ut respondeat puncto incarcerationis, & viæ, qua partes devolutæ retroeant in abdomen. Magnitudo incisionis, quam scælpellum prima vice efficit, refertur ad plicam cutis. Sectio sursum & deorsum prolongatur, prouti necessarium ducitur, adigendo in telam cellulose specillum sulcatum, quod ducit scælpellum, quocum cutis finditur. Incisio nostro in casu instituta fuit supra annu-

i) SHARPIUS *tr. des Operat. de Chir.* p. 102. dubitare videtur, an in ileo excrementa tam dura sint, ut herniam incarcerationatam efforment, a fæcibus tamen etiam liquidis intestinorum reductionem impossibilem fieri affirmat. GÜNZ. l. c. p. 29.

k) TEICHMEYER *diff. de exomphalo inflammato* apud HALLER l. c. p. 170. GÜNZ. l. c. pag. 28. *Memoir. de l'Acad. de Chirurg.* T. IV. p. 246. huc pertinet egregium dictum Celeb. LOUIS: les moyens les plus sagement administrés, suivant la nature de l'obstacle, qui s'oppose à la réduction

des hernies, ne la procurent pas toujours: il est même de la prudence du Chirurgien de ne pas porter trop loin la confiance en les secours, les circonstances doivent lui en faire prévoir assez à temps, l'inefficacité, pour qu'il puisse pratiquer l'opération avec espérance de succès, & paulo post dicit: les différents désordres, dont les parties peuvent être affectés ne permettent pas toujours la réduction, qui seroit nécessaire, quelque fois elle est possible, & il ne faut point la faire, parcequ'elle seroit dangereuse & même mortelle. *Mem.* l. c. p. 281.



annulum, juxta egregium quod SHARPIO 1) debemus præceptum. quia his in locis nil periculi de-plaga metuendum, & operatio minoris temporis spatio absolvitur, & annulus abdominalis, per quem intestinum condendum, magis subjicitur oculis, quippe animadvertit egregius ille vir, quod Chirurghi vel experientissimi, si non satis profundam incisionem instituerint, multum temporis adhibuerint ad annulum dilatandum, qui tamen causa est strangulationis partium devolutarum.

§. VI.

Sacco hernioso, qui sua constrictione reditum intestinorum impedit, aperto, interdum via, per quam intestina elapsa sunt, adeo patet a), ut facili negotio eadem recondi possint; interdum vero repositio hæc administrata longe est difficilior, aut plane impossibilis, si nempe elapsa intestina vicinis partibus sunt adnata, vel flatibus & scybalis expansa b) vel inflammatione similique tumore obsessa, licet annulus abdominis in ejusmodi incarceratione sæpe magis sit dilatatus c), quam in statu naturali, ut viscera egressa libere exire atque rursus intrare possint. Nonnunquam autem annulus viscera elapsa ita constringit, ut nullatenus reduci queant, nisi imple amplietur, quod duabus methodis Chirurghi obtinere nituntur; aliis eundem dilatare suadentibus, aliis sectionem dilatationi præferentibus. Nostri nunc est litigantium rationes paucis perpendere. Sectione sacci herniosi facta, intestinisque ab omni connexionione cum ambi-

C

1) Mem. l. c. p. 285.

a) SCHACHER l. c. p. 23.

b) C'est souvent l'implication des parties ou la surcharge des matières, qui empêche la redu-

tion, ce n'est presque jamais le resserrement de l'anneau. Mem. de l'Acad. de Chir. l. c. p. 294.

c) Mem. l. c.



bus partibus separatis, digitum in anulum intromittunt, ut anulum ad reducenda intestina non satis patentem dilatent *d*). Quid inde fiet? viam quam dilatare moliris, occupant intestina tenfa, inflammata, ad gangrænam & sphacelum prona, nec absque periculo premi possunt. Non possunt non per intromissionem digiti in anulum, quo eundem dilatate tentas lædi intestina & contundi. Quæ vero mala post se trahant contusa, & tyroni Chirurgiæ notum est. Hac ex causa artis magistri aliam methodum, quæ minus periculi alat, excogitarunt, nempe ope instrumenti dilatatorii anulum dilatate nituntur *e*). Sibi persuadentes, anulum sua vi sese rursus constringere, ut diametrum suam rursus recuperet, qua à nova hernia tuti serventur ægri, nec quicquid metuendum habeant & bracherii adminiculo carere possint. Cicatrix etiam cutis ex ipsorum sententia ita agglutinatur circumferentiæ aperturæ, per quam egressa fuerunt, ut novum eorum exitum firmissime arceret. Sed quis Chirurgiæ gnarus sibi unquam persuadebit, quod annuli robor evadat adeo insigne, ut abdominis & diaphragmatis vires eludat, antea ita fractum, ut contentis exitum conciliaverit; nec generari poterit cutis cicatrix, quæ majorem resistentiam pareret, quam ea cutis vivis suis & integris viribus prædita. Dilatatione enim necesse est, ut major vis inferatur annulo, & via magis aperta remaneat, quum sectione potius id efficiatur, ut magis in se ipsum redeat in tota sua circumferentiâ annulus & fortius ob-

*d*) Mem. l. c. p. 295.

*e*) Impossibilitatem hujus operationis egregie ostendit GUNZ, l. c. p. 53. his verbis: " fuerunt qui anulum digito vel idoneo quodam instrumento dilatate mælebant, quam sectione deducere. Hi tamen non perpensisse viden-

tur, si vel digitus vel instrumentum inter anulum partesque devolutas commode immitti posset, debere tam laxum amplumque anulum esse, ut se illis maximeque intestinis compellendis opponere plane non possit."



turet; cicatrix itaque quæ ex cutis incisione pronascitur, minus apta erit ad impetum viscerum extus prorumpendi arcendum, quam ea est, quæ sectionem annuli sequitur f). Instrumentis scindentibus minus uti volebant, quam iis, quæ dilatant, quoniam sibi à læsione intestinorum metuebant, & Chirurghi visi sunt, qui illorum ope intestina læserint, sed valet hic, quod Celsus jam præfatus est; Non crimen artis, si quod Professoris est. Non facile quis inficias ibit, quod practici nullo non tempore sibi à læsione intestinorum quam maxime metuerint, hinc alatum specillum, quod intestina teget, hinc diversa scalpellorum in vaginis inclusorum genera, quibus non prius scidunt quam certi sint, nihil intestini interceptum esse inter instrumentum & anulum abdominalem, sed causa metus evanescit, si id vitium evitamus, quod Chirurghi tam sæpe in ægroti exitium commiserunt, quod nempe in parte nimis inferiore inciderint. Egregio itaque successu incisionem prætulit dilatationi noster Observator, cum maxima cura vitium plerorumque Chirurgorum evitaret, & supra anulum incisionem institueret; hac enim operatione sacculus herniosus ubique dividitur, viscera egressa oculis subjiciuntur, à suis vinculis facilimo negotio solvi, iisdemque is situs conciliari potest, qui nobis videtur commodus; digito tantum intestina ad marginem annuli reclinamus & deprimimus, scalpellum capite quodam rotundo præditum ad anulum applicamus eundemque incidimus, sic specilli auxilio abque incommodo carere possumus.

§. VII.

Videamus nunc, quæ sectione caute instituta, ulterius observanda sint, ut facili negotio hernia recondi

C 2

f) Mem. l. c. p. 296.



queat. Intestina elapsa sub integumentis latent in sacco inclusa, qui efformatur, uti jam dictum, à peritonæo dilatato; ejusque tela cellulosa, quæ sæpius in herniis inveteratis juxta communem naturæ legem in stipatam quandam tunicam abire solet. Incisa itaque scalpello cute, saccus herniosus à tela cellulosa ipsum ambeunte undique liberatur, ne ejus repositione obstaculum quoddam ponatur. Sed quomodo id fieri debeat, in diversa abeunt Magistrorum sententiæ. DIONIS *a*) omnia instrumenta scindentia rejicit, nec scalpelli usum, nisi durissimæ sint membranæ, admittit: dilaceratis demum membranis saccum herniosum intestina comprehendentem magna circumspeditione scalpello aut illo instrumento, quod Galli *déchaussoir* nominant, aperit. ARNAUD & THIBAUT *b*) idem instrumentum modo dictum adhibebant, secabant & dilacerabant membranas saccum ambeutes, ac si hæc folia membranacea substantiam à sacco hernioso distinctam, nec ipsam cellulosam peritonæi efficerent. Specillum fulcatum, obtusum, in sua extremitate cæcum adigebant in telam cellulosam, super id ducebant ramum forficis obtusi, cujus ope partes aperiendas secabant. Hanc methodum jure rejicit Cl. LOUIS *c*), tanquam à dogmaticis excogitatum, in praxi non facile applicandam, & operationem, quæ maximos dolores jam per se excitat, prolongantem; ipse statim cellulosam scalpello dividit. Non superfluum fore duco, si ipsa ejus verba hic adferam: *Pourquoi ne pas pincer ce tissu folliculeux pour soulever ce qu'on appelle ici le vrai sac du peritoine, & l'ouvrir avec l'instrument tranchant porté à plat, afin d'être sûr de ne pas blesser les parties, qui y sont renfermées? Au lieu d'une sonde cannelée mouffe il faut à l'imitation de Mr. le Dran, en avoir une pointue, on pourra l'insinuer aisement sans le*

*a*) Mem. l. c. p. 286.

*c*) l. c. p. 287. sq.

*b*) l. c.



moindre risque de haut en bas, latéralement à la partie inférieure du sac jusque dans sa cavité. L'anse de l'intestin ne va pas jusqu'en bas; les parties latérales sont ou vuides ou remplies par de la lymphe ou par l'épiploon: mais dans quelques dispositions que soient les choses, il est certain, qu'avec la sonde pointue, dirigée obliquement dans le tissu cellulaire, on pénétrera dans le sac sans difficulté ni danger. La cannelure de cette sonde servira à conduire le bistouri ou les ciseaux. J'ai eu assez d'occasions de pratiquer cette opération; jamais le sac ne m'a donné ni plus de peine ni plus d'embarras que la peau: on divise pour ainsi dire celle-ci du premier trait, & le sac du second. Quilibet autem perspiciet, quod & hæc methodus suis incommodis prematur, fit enim interdum, ut in eodem sacco hernioso non solum intestina, sed & ipsa spermatica vasa ante eadem in testiculum descendunt includantur, caute itaque cutis incidenda, usque dum tela cellulosa in conspectum prodeat, quam deinde digitorum potius quam scalpelli auxilio auferimus; quoniam non omni tempore certi esse possumus, telas cellulosas, quæ in herniis præcipue inveteratis in membranas abeunt; ita stipatas esse, ut metus in sacco hernioso instrumento scindente nimis cito irruendi, & contenta lædendi, evanescat.

S. VIII.

Metus ne in incisione sacci herniosi intestina lædantur, novam plane anteaque inauditam operandi methodum progenuit. Maluerunt herniam incarceratam tollere per incisionem annuli aut ligamenti Fallopii, ita ut sacculus non aperiretur, sed simul cum suis contentis reduceretur. PETITUS fuit primus, qui plaga in cutim facta, intestina cum sacco integro absque ut aperiretur reponere in abdomen docuit a), hancque repositionem

C 3

a) Mem. 1. c. p. 289.



tanquam rem maximi momenti commendat. Eundem secutus est RAVATONUS *b*), qui se inventorem credit, licet PETITUS ab initio hanc novam hernias operandi methodum tanquam omnibus herniis convenientem commodissimamque laudaverit, postea tamen, sententia mutata, in herniis tantum recentibus & parvi voluminis ingredi hanc viam præcepit *c*). Sed nemo vero inventus est, qui horum virorum ausum imitari voluerit, magnæ è contra rationes adsunt, ex quibus plures Chirurgos *d*) ab hac medendi via sibi cavere jusserunt. Quem enim fugit, quod saccus nisi vel recentissimum malum sit, vel sectione adhibita restitui non possit *e*), sæpius enim ubique adhæret, & maxime cum vasis spermaticis, quæ omnino læduntur, si eundem separare moliris. Necessè itaque est, ut saccum incidamus, quo certi evadamus, an sanæ sint in eodem contentæ partes nec ne? frequens enim observatio docet, quod intestina, si gangræna & sphacelo jam sint affecta, rumpantur, excrementa in abdomine effundantur ut tantæ mors sequatur, nisi pars corrupta excindatur & amborum intestinorum extrema inter se invicem conglutinentur, quod fieri nequit, nisi saccus incidatur *f*). Si sanitatem suam conservaverunt partes, in integrum restitui posse, LE DRAN affirmat, simulque fatetur, non multum commodi haurire inde ægrotum *g*).

*b*) *Traité sur les playes d'armes à feu.* 1750. p. 308.

*c*) *Mem. l. c.* p. 293.

*d*) MAUCHART. *diff. de hernia incarcerata* apud HALLER. *Diff. Chir.* Tom. III p. 91. LE DRAN *Obs. T. II.* p. 33. SCHARP. *tr. des Operat. de Chirurg.* p. 107. & alii.

*e*) GUNZ. *l. c.* p. 26. huic assero calculum suum non adjeit PFANN. in *dissert. de Entero-O-*

*scheocle* apud HALLER *l. c.* p. 137. sed rationes, quas allegat contra GUNZIUM parum valere videntur.

*f*) *Mem. l. c.* p. 292. LE DRAN *Obs. LIX. T. II.*

*g*) *Mem. l. c.* p. 291. Quæ notæ sunt ex quibus sanas esse in sacco contentas partes intelligitur, vel quæ saniosam materiem in sacco non contineri demonstrant? Quod si vero horum omnium certæ evidentesque notæ essent, tamen, ut



Saccum incidimus, ut humor foetidus *h*) & faniosus effluat, qui saepe magna in copia ibidem reperitur, maxime si hernia intestinum habet. Intestina & omentum inter se & cum partibus vicinis cohærere frequenti satis experientia compertum est, restitui itaque suis functionibus nequeunt, nisi à suis nexibus solvantur *i*).

§. IX.

Omentum, proles peritonæi, est membrana tenera, dilacerabilis, vasculis reticulatim incedentibus ditata, pinguedine farta, constat duplici lamina, quæ telæ cellulosæ ope inter se conjunguntur, quarum anterior à ventriculi curvatura majore descendit ad umbilicum us-

saccus tuto intus compelli possit, non sequeretur. Non enim raro accidit, herniæ immobilitatem ab aperturæ sacci angustia provenire, quam, etiam sacco restituto, manere, frequenti satis experientia compertum est. GUNZ l. c. p. 48.

*h*) Ejusmodi foetidi humoris duas circiter libras Cl. CHESELDEN in sacco deprehendit. Mem. l. c.

*i*) Ob metum ne intestina lædantur, aliam methodum tradit SHARPIUS, quod nempe annulus incidatur, priusquam saccus apertus fuit, sed mox ipse eandem rejicit; En ipsa ejus verba: Pour éviter le moindre risque de blesser les intestins en incisant l'anneau, on pourroit le faire dès qu'on a séparé de la tunique vaginale la peau & la membrane adipeuse, c'est à dire, avant que d'ouvrir le sac, mais plusieurs

raisons m'empêchent de recommander ce procédé. Premièrement il peut arriver, qu'en faisant cesser l'étranglement, les visceres rentrent tout à coup dans l'abdomen & entraînent avec eux une portion gangrenée de l'épiploon ou de l'intestin, la quelle portion doit nécessairement être coupée, avant que de réduire les parties saines. Secondement la hernie peut se trouver d'une nature à ne pas exiger la dilatation des anneaux: car on dit qu'en tirant un peu d'avantage l'intestin de l'abdomen dans la hernie, cela fera cesser quelque fois l'étranglement, & rendra la réduction facile, sans qu'on dilate les anneaux. Enfin il peut arriver, que le sac herniaire soit tellement resserré, qu'il exige absolument d'être dilaté. Mem. l. c. p. 293.



que, five quoque usque in pelvim a). Contra se ipsam revoluta ascendit, transversum attingit colon, cui innascitur & posterioremem membranam efficit b). In eadem vasa incedunt sanguinea, quæ liquorem oleosum fecerunt, qui adipem efformat c). Venæ quæ propagines sunt venæ portarum, hunc adipem resorbent, & in venam portarum deportant. Ex dictis satis patet omenti utilitas d) nempe adipem conservare ad secretionem bilis, se interponere intestina inter & peritonæum, ne facile concrevant, eadem lubrica tenere, ne per perpetuum, cui exposita sunt, motum fibræ rigidæ evadant, & præparationem chyli impediant, hinc ipsum mollescit necesse est, sed eadem mollities efficit, ut facilius quam intestina, per anulum devolvatur. Intestina enim à musculis abdominis & diaphragmate pressa, quoniam lubrica & maxime mobilia sunt, quasi diffugiunt, omentum vero, quod vel pondere suo annulis incumbit ac molle est, ubi deorsum urgetur, versus easdem partes certissime comprimitur, ab iisque, vi etiam remittente, per varios corporis positus vix dimovetur. Ex quo adeo hernia sequitur omentalis e). Aliud vitium, quod omento

a) HALLER. *pr. lin. Physiol.* §. 666. *in not. ad prat. Berh.* §. 330. GUNZ. *l. c.* p. 98. ARNAUD. *Mem. de Chirurg.* T. II. p. 404. *sq.*

b) HALLER. *l. c.* §. 663. *sq.*

c) *Mem. de Chir.* T. II. p. 402.

d) ARISTOTELES *L. I. Hist. Anim.* c. 16. *L. 3. C. 14.* GALENUS *L. IV. de usu part.* crediderunt omenti utilitatem in eo consistere, ut suum calorem cum ventriculo communicando digestionem promoveat. PETITUS *in Mem. de*

*l'Acad. R. des sciences, A. 1727.* omento hunc usum tribuit, quod se variis cavitatibus, quæ ex varia viscerum abdominalium prodiversis temporibus repletionem surgunt, accommodando, easque implendo motum musculorum abdominalium & diaphragmatis in viscera abdominis moderetur, & æquabilem undique efficiat. vid. ARNAUD. *l. c.* p. 424.

e) GUNZ. *l. c.* p. 99. Epiplocele simplex est, ubi epiploon solum est prolapsum, composita ad est, si in eodem sacco cum omento

&



omento inhæret, est quod ob insignem adipis quantita-  
tem & copiam vasorum non minimorum & in abdomine  
inclusum, varias inconsuetasque induat formas f) & fa-  
cile alteretur, si vel solum vel cum intestinis devolvitur,  
ipso enim extra abdominis cavum hærente, & ab apertura,  
per quam transit, constricto, sanguinis refluxus impedi-  
tur, adeps sensim sensimque accumulatur, durus reddi-  
tur, crassusque, vasa inflammantur & cito in gangre-  
nam ruunt, aut si aëri exponitur, mox plane corrup-  
pitur g). Interim tamen omentum si vel magna in quan-  
titate descendit, diu absque incommodo in sacco suo  
inclusum circumferri potest, nisi inflammatio accedat,  
nec ita facili negotio reponi se patitur, ac intestina è cavo  
abdominis prolapsa h: cum vero tumorem, quem suo  
descensu efformat, scalpello aggredi, res anceps & peri-  
culi plena est; caute procedendum est cum her-  
niis, quæ omentum comprehendunt, nec facile ipsæ in-  
cidendæ, nisi peculiare circumstantiæ, quales in nostro  
casu sese obtulerunt, id exigant. Quis tam ignarus est  
ut nesciat, omentum aliquando cum lateribus sacci, cui  
includitur, aut cum annulo ipso, per quem transit,  
connexum esse, qua ex causa eadem oriantur sympto-  
mata, quæ incarcerationem intestinorum insequi solent,  
dolor nempe in tumore, quem efformavit, & in regione  
epigastrica ex tractionibus, quas cum colo & ventricu-  
lo communicat, ortus, nausæ, quam comitatur vomit-  
us i), quæ symptomata tolli nequeunt, nisi scalpelli  
adhibeatur auxilium. Metuendum porro est, ne inflam-  
matio, qua epiploon vix non semper tenetur, si vel non  
inarceratum arctis continetur cancellis, in suppuratio-  
nem abeat, quæ ob statum, quo id ad putrefactionem

D

& intestinum reperitur, complicata  
vocatur, si varia adsunt acciden-  
tia, e. gr. durities, scirrhus, in-  
flammatiô &c. ARNAUD. l. cit.  
p. 447.

f) ARNAUD. l. c. p. 408. §7.

g) ARNAUD. l. c. p. 414. MEL-  
ZER Diff. de hern. crur. incar-  
Arg. 1769. habita p. 15.

h) ARNAUD. l. c. p. 449. GUNZ.  
l. c. p. 100.

i) ARNAUD. l. c. p. 539.



promum fit, ad ventriculum usque procedit & ægrotum necat *k*). Cuncta hæc mala nostrum expectabant ægrotum. Inflammatio quidem nondum aderat in omento & symptomata non tam ab ipso, quam potius ab intestino incarcerato dependere videbantur, attamen cum symptomata urgerent, scalpelli opera erat adhibenda. Alia nunc quæstio surgit, quæ nostro observatori primo intuitu crucem fixit, quid faciendum cum tanta, quæ proruperat, omenti mole, an in cavum abdominis integre recondenda, an magis extrahenda, ut proxime ad partem sanam minusque corruptam ligari & abscindi possit. In integrum reponi non poterat omentum ob nexus, quos alebat cum annulo abdominali, & insignem, quæ egressa fuerat, quantitatem, præterea dilaceratum erat, quum à lateribus sacci solveretur, & ab aëre, cui expositum erat, corruptum. Metuendum itaque erat, ne operatio irrita foret, & eadem symptomata, quibus urgebatur ægrotus & post operationem optime licet factam persisterent. Dictum jam ante est omentum corruptum in supurationem abire, quæ tantos progressus faciat, ut ipsum tandem ventriculum aggrediatur, & ægrotum morti tradat; sic & experientia docuit, quod dilacerationes, quas perpeffum est omentum, fomitem alant ad incarcerationem intestinorum *l*); fatius itaque erat, ut abscinderetur. Vario autem modo in hac operatione incedunt auctores. Quidam enim eam partem epiploï, quæ extra abdomen hæret, ligant, sub ligatura refecant & ligatam partem in abdomen recondere nituntur, sperantes quod epiploon cum partibus vicinis internis concrescat & annulus cum cute firmam efficiat cicatricem *m*).

## §. X.

Disceptant nempe inter se artis periti, an fatius sit, omentum ex cavitate abdominis egressum abscindere, absque ut vinculum ei injiciatur, an vero necesse sit, ut prius in sana adhuc parte deligetur, atque in vulnere firmetur

*k*) ARNAUD. l. c. p. 533.

*l*) ARNAUD. l. c. p. 586.

*m*) ARNAUD. l. c. p. 457.



ligatura, ut pars corrupta abscedat, & ab exitio servetur reliqua, sive ut infra ligaturam emortua pars abscindatur a). Posteriori huic sententiæ addicti hanc allegant rationem: Si nimis magna omenti pars devoluta est, sive sana sit, sive vitata, repositione interdicta, rescanda est. Quoniam vero idem omentum suum sanguinem haurit ex arteriis non minimi ordinis, metuenda esset hæmorrhagia, & quum inter operandum aëri expositum & corruptum fuerit, pertimescendum est, ne in putrefactionem abeat, haud ita facile compescendam, quæ ipsum ventriculum aggrediendo ægrum ad plures rapiat; hanc ob causam, an tequam rescindatur, necesse est, ut filo constringatur, ut partim sanguinis fluxus reprimatur, partim ut mortificationis progressus arceatur. Alii qui perpexerunt incommoda, quæ ligaturam insequi solent, eandem nonnisi certis in circumstantiis rejicere audent, & quum mala ejusmodi symptomata impedito refluxui sanguinis aut pressioni nervorum attribuerant, certas quasdam cautelas præscribunt, sub quibus ligatura injicienda est b). Reiteratæ observationes c) & experimenta d) hanc in rem instituta, extra omnis dubitationis aleam ponere videntur, quod ligatura vel in iis casibus, ubi proxime ad originem vasorum rescandum est, tuto negligi possit, nec est cur pertimescas hæmorrhagiam, discissa vasa secuturam; aut reprimet illam vinculum vasi epiploico injectum, uti nostro in casu id factum est, aut post aliquot guttas effluxas sponte quiescet, nulla infecutura sanguinis profusione e). Quis est qui non perpiciat quanta incommoda insequi debeant,

D 2

a) Tam necessaria olim ligatura credita fuit, ut PETRUS DE MARCHETTIS barbitonforem, qui ea neglecta omentum rescuit reprehendens hæc verba proferret: observandum vero ex sententia omnium auctorum, non esse secandum omentum, nisi filo constringatur, quod in vulnere relictum natura præter ullum incommodum extru-

dit, *Obs. Med. Chir.* obs. 51.

b) ARNAUD. l. c. p. 624. sq.

c) cf. *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. III. p. 73. sq. PLATNER. *Iust. Chir.* §. 685. DIONIS. *Cours des Operat.* p. 93. GARENGEOT *Oper. de Chir.* T. I. C. 4. GUNZ. l. c. p. 54.

d) *Mem.* l. c. p. 402.

e) *Journ. de Medec.* T. XII. Fevr. 1760.



si omentum ante rescissionem ligatur & pars ligata in vulnere detinetur? Nervi exinde comprimantur, quibus compressis spasmi oriantur horrendi, necesse est. Epiploon, cujus naturalis conditio est, ut sit expansum, in unum glomerem coactum in naturale suum volumen sese expandere nescit, vel delapsa ligatura, convolutum potius in unum corpus concrefcit cum vicinis partibus; ex quo sequitur, quod omentum brevius factum ventriculum cum colo detrahat, motum peristalticum invertat, agrum perpetuo vomitu, spirituque gravi vexet, idque simul hanc vim habet, ut, si æger velit erecto corpore incedere, summam sæpe anxietatem percipiat ac vomitu corripia- tur. Neque rara hujusmodi hominum exempla sunt. Illustris HENELIUS capillorum concinnatorem novit, qui cogebatur corpore incurvato incedere, nisi stomachum volebat vomitu sollicitari. In mortui corpore omentum peritonæo circa inguen sinistrum per plures fibras & la- certos accretum inveniebatur & pylorus detractus. Si- mile mulieris ab hernia incarcerata post sectionem libe- rata exemplum Ephem. Nat. Curios. habent f). Liga- tura præterea vulnus vexatum facit, quod quisque scit, secto periculosius esse g). Laudabili itaque conatu me- dentes nostro in casu ligatura neglecta, omentum rescif- ferunt, & reliquum opus naturæ perficiendum tradiderunt.

## §. XI.

Operatione herniæ facta, repositis in cavum abdomi- nis, quæ devoluta fuerunt, visceribus, ea apertura, per quam egressa fuerant, occludatur omnique aëris aditus arceatur necesse est. Intestina enim perpetuis motibus diaphragmatis & muscutorum abdominis agitata, in eam sedem, in qua hernia erat, maximum impetum faciunt, per quæ eadem, quum sit infirma minusque resistere valeat, foras prorumpere moliantur; ne id fiat, omnis curationis finis eo dirigendus est. Prostat autem duplex medendi via, quam quicumque hernias percurrare volunt,

f) GUNZ. l. c. p. 100.

g) GUNZ. l. c. p. 54.



ingrediuntur: altera ab inventore suo SENFFIO *a)* vocant, qui, ut hernia tuto sanari posset, deligandum faccum refecandumque esse proposuit. Per ligaturam itaque impedit, ne nova hernia excitetur, & viam ad ventrem claudit, ut intestinorum læsio ab aëre externisque rebus non pertimescenda sit. Altera & simplicissima methodus hæc est, quam & nostro in casu Clar. Viri adhibuerunt, quod nempe vulnus consideretur tanquam recens factum *b)* hinc impleatur linamentis carptis, desuper applicentur balsamica & antiputrida, sic eveniet, ut peritonæum nimis dilatatum conglutinetur, consolidetur, & firma inducatur cicatrix. Quum vero nunquam tutum sit herniam, præcipue si magna fuit, negligere, firma licet cicatrix inducta sit aut obstaculum quoddam intus opponatur *c)*, quod reditum herniæ impedire valet, attamen DIONIS *d)* bracherium per duos, tres aut plures menses portandum ægroto suadet, ut nova hernia plane non metuenda sit, quippe intestina & omentum cicatricis ope in suo situ retinentur.

§. XII.

Omnem omnino hic attentionem meretur providæ naturæ effectus, qui plagæ consolidatione facta nonnunquam observari solet. Mirari scilicet nostro in ægro, licuit, quod via per quam intestina e cavo abdominis egressa fuerunt, non tam illis, quam ars administrat, auxiliis, quam potius virium ope naturæ, nunquam non actuosæ, penitus occluderetur, ut hucusque omnis metus novi viscerum abdominis prolapsus evanesceret. Pinguedo enim *a)* omenti quasi eliquata herniæ ostium ita obturat, ut intestina elabi nequeant, aut omentum ipsum cum an-

*a)* GUNZ. l. c. p. 48.

*b)* La plaie doit être regardée comme une solution de continuité en partie saine; ce qu'il y a de mieux à faire est de la remplir de charpie mollette; on attendra qu'elle se détache par la suppuration; & l'on pourra suivant l'occurrence, continuer de panser

mollement & à sec, comme dans les plaies avec perte de substance, ou qui doivent être amenées à supuration. Sunt verba Cl. LOUIS Mem. de Chir. T. IV. p. 329.

*c)* GUNZ. l. c. p. 61. Mem. de l'Acad. de Chir. T. I. p. 693.

*d)* Mem. l. c. p. 321.

*a)* GUNZ. l. c. p. 61.



nulo abdominis, aut facci circumferentia *b*) concrefcit, & ejusmodi nexus efformat *c*). Non quidem omnibus in cafibus id accidiffe legimus, quibus eandem curandi viam Chirurgi ingreffi funt. Relatum enim fuit, quod portio omenti fimul in fignis fuerit abfciffa, & confolidata plaga; fi locus non fuiffet confirmatus bracherio, novus intefolini prolapsus fequeveretur *d*). Inde & concludum fuit in genere epiploocelen nunquam certam curam admitttere, femper inteflinorum prolapsum effe metuendum. Nofiro autem in cafu, quum huc ufque inteflina contenta funt in abdominis cavo, hæc præprimis ratio effe poterit. Obturavit epiploocela annulum inteflinis ad id tempus ufque, quo infigne illud pondus levaret de terra. Quumque reconderetur intefolini portio egressa eadem annuli diameter manfit, imo magis conftrictus fuit annulus propria fua vi, eliquata paululum pinguedine. Inflammatio fectionem fequens fuppurationem fundere cœpit, ita cicatrix cutis cum cellulofa textu indurato firmum fecerunt parietem hunc abdominis, ut contentis refiftere poffit. Hæc nunc & nobis videtur ratio, cur fpafmus ille affectus a tali concrectione haud derivari poterit, eadem quippe epiploii longitudo poft plagam confolidatam remanfit, ac illa erat ante operationem factam, quum concrectionem omenti in circumferentia abdominalis oftii jam ante ægrotum torquere debuiffent. Hoc potuit jamjam argumentum præbere, quod triftis ille morbus non fectionis prægreffæ fequela fuerit. Interim ejus rei medentes fecerunt tentamina, de quibus morbi Hiftoria loquitur ut de novo morbo a priori non derivando certi effet poffent.

## T A N T U M.

*b*) Mem. de l'Acad. R. de Chir. T. I. p. 693.

*c*) Omentum peritonæo ubi os pubis obducit ita adhærens deprehendit VAN HORNE ut cogereur id refecare, quo viscera oculis auditorum fubjicere poffet ARNAUD,

l. c. p. 405. fic & idem auctor l. c. exempla allegat, ubi omentum carnofam fcirrhofamque naturam induxit, qua visceribus abdominis firmiter refiftant.

*d*) ARNAUD, l. c. p. 460. fq.



Strassburg, Med. Diss., 2.

ULB Halle

3

004 194 284



Sb.









B. C. D.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA  
SISTENS  
NONNULA  
DE

HERNIA SCROTATI

EX  
GRATIOSÆ FA  
PRO  
SUMMOS IN

PRIVILEGI  
LEGITIM  
IN ACAI  
D. XIX. APRILI

SOLENN  
PHILIPPUS JA  
ARGE

ARG  
Typis JOH. HENF

